23

Sco
in Lib. Sē
Tom. III

BX1749
.P4
D8
1754-55
v.3
c.1

132615

EH3EH77

1080046597

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo-16 MICROFILMADO 14/12/82

BX 1749
.P4
D8
1754-55
V. 3

VEN. P. ET DOCT.

JOAN. DUNS SCOTI,

ORDINIS MINORUM,

Theologi eminentiſſimi,

Atque Academiæ Subtilium Anteſignani,

Quæſtiones Quatuor Voluminum ſcripti Oxonienſis ſuper Sententias, & Quodlibeta,

A. R. A. P. FR. ANTONIO BARROS

Obſervantis Provinciæ S. Jacobi Alumno, Lect. Jub. Archiepiſcop. Compoſtellani Examinatore Synodali, dictæ Provinciæ Ex-Miniſtro Provinciali, ac P. Digniore, & in Romana Curia Procuratore Generali Ordinis accurate recognitæ, & juxta emendatiorem, & exactiorem ex iis, quæ hucuſque prodierunt, hujus Operis editionem quinque voluminibus pro majori ſtudentium commodo publicæ luci, & utilitati datæ.

46257

TOMUS III.

In III. Sententiarum,

ROMÆ M. DCC. LIV.

Typis Angeli Rotilii.

SUPERIORUM PERMISSU.

CAPILLA ALFONSINA
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132615

JOANNIS DUNS SCOTI,
DOCTORIS SUBTILIS ORDINIS MINORUM,
THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS.

Super Tertium Sententiarum Quæſtiones exactiſſimæ.

DISTINCTIO PRIMA.

POSTQUAM Magiſter in primo lib. determinavit de Deo quantum ad rationem ſuæ naturalis perfectionis, & in ſecundo libro determinavit de ipſo Deo, inquantum ejus perfectio relucet in operibus creationis. In hoc tertio determinat de Deo, inquantum ejus perfectio relucet in operibus reſtaurationis. Et circa primam diſtinctionem hujus tertii quæruntur quinque. (a) Primo, utrum poſſibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate ſuppoſiti. Secundo, utrum tres perſonæ poſſint aſſumere eandem naturam numero. Tertio, utrum una perſona poſſit aſſumere plures naturas. Quarto, utrum ſuppoſitum creatum poſſit ſuſtentificare hipoſtatice aliam naturam creatam. Quinto, utrum formalis ratio terminandi iſtam unionem ſit proprietas relativa (b).

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum poſſibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate ſuppoſiti.

CIRCA primum arguitur quod non, quia actus purus, & infinitus non eſt alicui componibilis (ut probatum eſt *diſtinct.* 8. *primi lib.*) Verbum eſt talis actus; ergo, &c. (c) Præterea, inter unibilia eſt aliqua proportio; finiti ad infinitum nulla eſt proportio;

a *a. l. fuit.* b *a. l. unitatem.* c *prima.*